

Intorno a due Ortotteri saltatori raccolti a Sumatra dal Dr. W. Morton.

Pel Dr. Achille Griffini.

(R. Istituto tecnico di Genova, Italia).

(Con 1 fig.)

Fam. Phaneropteridae.

Gen. *Dysmorpha* Brunner.

1878, Monogr. der Phaneropteriden. Wien. pag. 355. — 1891, Additamenta z. Monogr. der Phaneropt., Verhandl. k. k. Zool.-Bot. Gesellsch. Wien, XLI. Band, pag. 24.

Di questo genere fu descritta la sola specie tipica, *D. obesa* Brunner, secondo un unico esemplare ♀, privo di zampe posteriori, appartenente alla collezione Brunner, e proveniente da Malacca.

Fra gli insetti comunicatimi dal Sig. Dr. W. Morton del Museo di Lausanne trovo un ♂ della *D. obesa*, proveniente da Sumatra; esso è in ottimo stato di conservazione, e qui lo descrivo, giovando la sua conoscenza oltre che a completare la descrizione della specie, anche a meglio definire i caratteri del genere *Dysmorpha*, genere tanto peculiare che da Brunner stesso fu considerato come formante una particolare sottofamiglia.

Dysmorpha obesa Brunner.

♀ *Dysmorpha obesa* Brunner 1878, Monogr. der Phaneropteriden, Wien, pag. 355, Tab. VIII, Fig. 106. — Kirby 1906, Synon. Catalogue of Orthoptera, Part. II, Vol. I, London, pag. 486.

♂ (adhuc non descriptus). *Cum* ♀ *optime congruit: minor tamen, pronoto minus elongato: articulo secundo tarsorum omnium apice bispinoso, spinis apice decurvis (hac nota forsitan etiam in ♀ visenda). Segmenta dorsalia ultima transversa, brevia. Cerci teretiusculi, leviter incurvi, inter se cruciati, puberuli, apice sub ultimo segmento dorsali recondito. Lamina subgenitalis majuscula, subtrapezoidalis, apicem versus attenuata, lateribus sinuatis, subtus convexa fere navicularis, apice in prominentias duas cylindricas proximas parallelas producta, stylos longos (longitudinem circiter mm. 3·7 attingentes) subcylindricos, fere glabros, levissime incurvos, apice subacute rotundatos, ibique subtus fuscis, gerentes.*

<i>Longitudo corporis</i>	mm	30
" <i>pronoti</i>	"	11
" <i>elytrorum</i>	"	39.5
<i>Latitudo maxima elytrorum</i>	"	20
<i>Longitudo femorum anticorum</i>	"	6.5
" <i>femorum posticorum</i>	"	15.5

Habitat: Malacca (Brunner), Sumatra (Morton).

Typus ♂. In Musaeo Zoologico, Lausanne.

Color flavido-viridis. Caput et pars supera pronoti brunnea. Fastigium verticis flavidum: frons in medio verticaliter leviter minus brunnescens. Pars tympanalis elytri sinistri ♂ subtota nigra, vena plicata valde expressa; margo posticus (superus) elytrorum ut in ♀ maculatus: caeterum elytra lineolis brevibus longitudinalibus, in campo anteradiali punctulatis, leviter fuscis, signata. Coxae nigrae vel fuscae. Femora antica et intermedia basi et apice breviter sed distinctissime nigra; tibiae anticae subtotae nigrae; tibiae intermediae basi et apice nigrae. Femora postica tantum apice breviter et distinctissime nigra. Tibiae posticae basi brevissime incerteque fuscae, apice breviter et distinctissime nigrae, utroque lobulo apicali rotundato flavido ut in reliquis tibiis. Tarsi nigri, apice primi et secundi articuli flavido.

Caput et pronotum ut in ♀ confecta. Pronotum margine postico parabolice producto, rotundato; in prozona callis duobus parvis lateralibus angustis obliquis nitidiusculis pallidioribus praeditum, deinde sulco latissime V-formi perparum expresso etiam leviter nitido et pallidiore, vertice fossulari marginibus lateralibus leviter callosis, post eum sulco medio valliforme melius impresso. Lobi laterales ut in ♀ confecti sed toti crebre punctulati et impressione media majori praediti.

Elytra ut in ♀ cornea, margine antico subrecto, venis parum expressis et ut in ♀ dispositis. Alae vitreae, elytris longiores, sed campo apicali subtriangulari plicato, in quiete sub elytris totae absconditae.

Coxae anticae spina armatae. Femora antica et intermedia crassiuscula, brevia, margine antico minute 5-spinuloso. Tibiae anticae ut in ♀ utrinque foramine longo aperto praeditae, sub foramine impressae, dein subcylindricae, superne spinula apicali tantum in margine externo, subtus spinulis 3 minutis praeditae. Tibiae intermediae compressiusculae, superne tantum spina apicali in margine postico instructae, subtus spinulis 4 minutis praeditae.

Pedes postici parum robusti et parum longi. Femora postica basi parum incrassata, ad apicem regulariter attenuata, ibique tamen haud gracilia, subtus margine externo spinulis 7—10 nigris, parvis, obtusis, margine interno spinulis similibus tantum 1—2 apicalibus, armata. Tibiae posticae prismaticae, superne post basim planato-sulcatae, spinulis parvis concoloribus extus 6, intus 3—4, praeditae, necnon spina apicali utrinque, interna robustiore et longiore; subtus in utroque margine apicem versus spinulis 3, necnon spinis 2 apicalibus modicis armatae.

Tarsi omnes articulo secundo apice bispinoso, spinis approximatis, superis, curvatis; articuli primi tarsorum subtus plantulis instructi.

Fam. Tympanophoridae.

Mortoniellus nov. gen.

Corpus saltem in ♀ apterum, sat nitidum, capite magno, pronoto crassiusculo, inaequali, abdomine sat gracili.

Caput magnum, anterius depressiusculum, inferius subtus oblique declive, superne rotundatum. Occiput transverse convexum, elevatum; vertex convexus, anterius declivis; fastigium verticis sat inferum, tuberculiforme prominulum, angustiusculum, verticaliter subsulcatum, superne utrinque ocellum gerens, subtus cum fastigio frontis contiguum. Fastigium frontis transversum, parvum, minus prominulum, ocellum etiam gerens. Antennae exiles, articulo primo tumidulo, inermi. Oculi magni, ovato-rotundati, prominuli. Frons transversa, sub lente sparse punctulata, transverse rugulosa, leviter inaequalis; sulci suboculares inferius bene expressi ibique lati. Clypeus transversus, inaequalis, utrinque impressus; labrum ovale-orbiculare. Mandibulae robustae; maxillae sat magnae, longiusculae, apice rotundatae; palpi apice rotundati.

Pronotum valde inaequale, a supero visum fere latum ut longum; margine antico transverso, in medio subconcavo, limbo sensim reflexo; sulco antico primo transverso parum impresso, sulco secundo valliforme amplo, posterius cum sulculo transverso latissime lyrato connexo, sulco tertio parum minus valliforme, transverso, ante metazonam sito; metazona leviter ascendente, convexiuscula, postice rotundato-subtruncata; intervalli convexi. Lobi laterales regulariter rotundato-descendentes, sat bene adpressi, anterius altiores, ibique vertice inferius subacute rotundato, dein margine infero brevi, oblique leviter ascendente, denique margine rapide ascendente, sensim sinuato, angulo postico obtusissime rotundato. Sulci dorsi etiam in lobos late-

rales extensi, ibique angustati, sed bene impressi; intervalli convexi. Superficies pronoti sat nitida, sub lente minute rugulosa.

Mesonotum et metanotum transversa, nitida — Rudimenta elytrorum et alarum nulla.

Pedes sat nitidi, quamvis superficie inaequali; femora omnia superne punctulis prominulis minute granulosa, extus (praecipue postica) sulculis parallelis transversis praedita. Femora omnia subtus sulcata ibique inermia.

Pedes 4 antici modici. Coxae anticae spina armatae. Femora antica teretiuscula, lobo apicali interno (antico) minutissime spinuloso, lobo externo mutico; femora intermedia eodem modo confecta, lobis apicalibus ambobus minutissime spinulosis. Tibiae anticae et intermediae superne teretiusculae, inferius utrinque spinis 5 armatae; tibiae anticae superne inermes et foraminibus utrinque anguste rimatis praeditae; tibiae intermediae superne spina unica basim versus et versus marginem posticum sita instructae.

Femora postica longa, basi valde incrassata, in dimidio apicali gracilia, apice robustiuscula, lobis apicalibus ambobus spina armatis. Tibiae posticae graciles, longae, superne planiusculae, ibique in utroque margine multispinulosae; subtus tantum apicem versus spinulis parvis et gracilibus 3—4 praeditae; calcaria apicalia harum tibiarum 5 adsunt, quorum 1 superum, in margine externo tantum, et 4 infera (2 longioribus 2 breviora amplectentibus). Tarsi omnes modici, articulis primis latere leviter sulcatis, articulo primo subtus plantulis praedito.

Abdomen sat gracile, segmentis transversis. Lamina supraanalis ♀ parva. Ovipositor robustiusculus, compressus, leviter incurvus, apice suboblique acuminatus, margine supero et infero (hoc longiuscule) ad apicem minutissime serrulatis. Lamina subgenitalis ♀ videtur subtriangularis rotundata, apice minime sinuata.

Sterna angustiuscula. Prosternum, mesosternum, metasternum, bituberculata, tuberculis modice longis, apice rotundatis.

Genus dicatum claro collectori D. W. Morton Musaei Historiae naturalis in Lausanne.

Species typica: *M. Karnyi* n. sp.

Mortoniellus Karnyi n. sp.

♀ — *Testaceo-ferrugineus subunicolor*; facie (fronte, clypeo, labroque) leviter pallidiore flavicante, parum nebulosa; oculis concoloribus; mandibulis basi breviter flavis, dein atris nitidis, maxillis fuscis, palpis articulo ultimo fusco, articulis duobus ante-ultimis fusco

annulatis, sed basi apiceque pallidis, ibique tumidis; ocellis minute irregulariter fusco cinctis; antennis fuscis et ferrugineis; his coloribus valde permixtis; pronoto in sulco majore (secundo) utrinque levissime infuscato: mesonoto et metanoto postice pallidioribus; geniculis posticis incerte infuscatis; spinis pedum 4 anticorum fuscis, basi pallidioribus; spinis partis superae tibiaram posticarum utrinque circiter 28, fusco-atris, saepe (quamvis haud semper regulariter) alternatim longioribus et brevioribus, totis tamen brevibus; basi tibiaram posticarum superne macula dilute fusca ornata.

Longitudo corporis	mm 16·5 (abdomine subcontracto)
Latitudo capitis	” 8·2 (cum oculis)
Longitudo pronoti	” 5·4
” femorum anticorum	” 5·6
” femorum posticorum	” 18
” tibiaram posticarum	” 16
” ovipositoris	” 8

Habitat: Sumatra.



A. *Mortoniellus Karnyi* ♀.

B. Caput ab antico visum.

C. Caput et pronotum a supero visa.

Typus: 1 ♀ a Dr. W. Morton collecta, a me acquisita et nunc Musaeo Civico Hist. Natur. Januensi donata.

Species dicata claro entomologo D. H. Karny vindobonensi, qui typum cum Tympanophoridis collectionis Brunner von Wattenwyl in Musaeo Vindobonensi comparavit.

Ho infatti comunicato questo strano insetto al Sig. H. Karny, il quale gentilmente volle confrontarlo colle Timpanoforidi della sua collezione e con quelle del Museo di Vienna, mostrandolo anche ai professori Redtenbacher e Werner, che con lui qui vivamente ringrazio, e scrivendomi le sue importanti considerazioni sulla classificazione di questo rimarchevole genere.

Genova, 25 Marzo 1909.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Wiener Entomologische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1909

Band/Volume: [28](#)

Autor(en)/Author(s): Griffini Achille

Artikel/Article: [Intorno a due Ortoteri saltatori raccolti a Sumatra dal Dr. W. MORTON. 105-109](#)